



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,  
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de**

**Lugduni, 1669**

7 An veniat in confiscationem maioratus, quando illius institutor delinquit?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

communis, in quo nulla est applicatio. Et confirm. Cum Princeps in facultate instituti maioratum frequentis soleat ob supradicta crimina maioratum fisco applicari, si aliquando hæc applicatio omittitur, censendus est talem facultatem noluisse gravari, si enim voluisset, expressisset. Neque obstat *l. si. C. de fidei. c. c. t. m. M. de constitutione*. Ex quibus Doctores inferunt ea, que apponi solent in alicuius rei concessione, semper censeri apposta, etiam omittantur. Ergo cum soleat apponi in regia facultate, applicatio fisco faciendâ, semper censenda est apposta. Non, inquam, obstat, quia hoc intelligendum est de his, que semper solent apponi, secus de his que frequentius, ut ex Baldo, Bart. Alexand. & aliis docet optimè Molin. iur. consultus *n. 66*. Vel dicendum est cum eodem Molin. intelligi de non substantialibus, secus de substantialibus, hæc namque nunquam apponi censentur, nisi exprimat. *l. testamentum. C. de testamentis*. Hæc autem applicatio faciendâ fisco substantialis est, & præter dispositionem iuris communis. Ergo. Neque etiam obstat maioratum institutum ex facultate regia reputandum esse ac institutum ex regia donatione, eo quod Princeps donator censetur illud, super quo suam auctoritatem interponit. *l. in ad. b. s. Vbi Bald. & ceteri. ff. de donationibus. l. c. si liqueat. C. de inefficacis donat.* Non, inquam, obstat, tum quia iam supra voluimus maioratum ex regia donatione institutum non confiscari in perpetuum. Tum quia esto id esset concessum, non deberet extendi ad maioratum ex bonis patrimonialibus ex facultate regia institutum, quia illud non est propriè ex donatione Regis quoad bona, ex quibus maioratus constat, sed quoad privilegia, & exemptiones: si autem bona essent ipsius Regis, & super eorum dispositionem suam auctoritatem interponeret, censetur illa donasse.

Aduerto tamen in facultatibus recentioribus debere constare de libera voluntate Principis concedentis, cum omittit hæc clausulam apponere, quia vt bene adnerit Molin. *de primogen. lib. 4. cap. ult. num. 68*. ex Felino, *cap. 2. n. 16. de re script. ca. quæ à communi stylo deuant, suspecta esse debent iudicari: deuiaret autem ab stylo his temporibus communi facultas, quæ hæc clausulam non haberet: cum ferè nulla sit; quæ illam non habeat.*

14. Quando autem non constat, an maioratus ex regia facultate, an sine illa institutus sit, placet Simanc. *de catholic. instit. num. 27*. ex regia facultate esse institutum, & facultatem concessam esse sub illo frequentiori, & communi onere, vt ad fiscum deueniat. At melius Mol. *lib. 4. de primogen. cap. ult. num. 70*. & latius *lib. 2. cap. 2. à num. 18*. & nollet Mol. Theologus *tom. 3. disp. 657. num. 2. in fin. Valquez 1. 2. disp. 169. num. 42*. Sanchez *lib. 2. cap. 81. num. 53*. existimant absque facultate Regis fuisse institutum, ac proinde non esse publicandum, quia institutum ex communi iure censenda est fieri, cum de privilegio non constat; tum quia privilegium in facto consistit, quod non præsumitur nisi probetur. *l. in bello §. facta. ff. de captiuis*, tum quia esse institutum ex communi iure vtilius est possidenti, quia securior est ab alienatione.

15. Ex quo fit, si aliquis instituit maioratum ex facultate regia, quem poterat ex dispositione iuris communis, & legibus regis instituire absque illa facultate: vt quia in bonis liberis instituit, si habuit descendentes tertia, & quinta parte suorum bonorum, iuxta *l. 27. Tauri*, & si habuit ascendentes in tertia, censendum esse instituisse ex dispositione iuris communis, & non ex regia facultate, ac proinde non esse confiscationi subiectum: sic docent Anton. Gom. *l. 40. Tauri, num. 91. circa fin. m. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 2. num. 10*. nollet Molin. *tom. 3. disp. 582. num. 2. c. p. disp. 657. n. 6*. Sanchez *lib. 2. cap. 18. num. 47*. Valquez *1. 2. disp. 169. num. 39. sine*. Ratio est quia quando actus ex iure communi atque speciali fieri potest, semper præsumendus est ex iure communi fieri, & non ex iure speciali. *l. quamquam. C. de testam. m. lit.* & plurius exornat Mol. *lib. 2. de primogen. cap. 2. n. 15. vers. ex utilitate*. Secundo, quia in dubio semper quis præsumitur de suis bonis di. penere, eo modo quo sibi dispositio vtilior sit: at vtilior esse videtur dispositio ex iure communi, & legibus regni, quam ex speciali privilegio: tum quia sic facta perire non potest ob confiscationem, sicuti potest, si ex privilegio regio facta sit: Tum quia difficilior Princeps facultatem conceder alienandi, vel hypothecandi bona, quæ non ex suo privilegio, sed aliunde inalienabilia, & in hypothecabilia sunt.

16. Questio ergo grauis est, an habens descendentes, & ex facultate regia instituit maioratum ex omnibus suis bonis, cum non possit cessare facultate maioratum instituire, nisi in tertia, & quinta parte suorum bonorum censetur talis maioratus institutus ex facultate regia, ac proinde confiscationi subiectus non solum quoad excessum, sed etiam quoad illam partem in qua poterat seculo privilegio instituire: Negat Sanchez *lib. 2. cap. 18. num. 50*. cum Molin. *l. c. supra tom. 3. disp. 582. n. 3. vers. illud est*, & Gregor. Lopez *l. 6. verbo que la non pudiesse. q. 6. tit. 11. part. 6*. Mouentur, quia. censeri non potest quis vt privilegio, nisi quatenus sibi necessarium est, vel conueniens. At ad firmitatem maioratus in illa parte, in qua poterat seculo privilegio maioratum instituire, privilegium necessarium non

est, neque conueniens, ob rationes, nuper factas, imò conuenientius est ex iure dispositione esse institutum, quam ex privilegio: Ergo sic est censendum esse institutum, quamuis dicat institutor ex facultate sibi concessâ maioratum instituire, quæ intelligi debet quoad eam partem, in qua non poterat seculo privilegio facere institutionem.

17. Contrarium huius sententiæ defendit Anton. Gomez. *l. 40. Tauri, num. 91. ad finem*, vbi affirmat totum maioratum censendum esse institutum ex facultate regia, quia sola facultas regia est que totam illam dispositionem comprehendere potest, & cum v. deatur esse quadam dispositio indiuisibilis, non videtur dari locus, vt pars aliqua facultati legali cõcessæ deat, & pars a. a. legali facultati. Quæ ratio me maxime mouet, vt hæc sententiam probabiliorẽ iudicem, & in duplici casu illam reputem certam. Primo, si institutor habens descendentes maioratum instituit ex regia facultate in tertia, & quinta parte bonorum, & in reliquis bonis, seruatis reliquis filiis alimentis, & in hæc maioratus institutio non seruet ordinem præscriptum in *l. 27. Tauri*, quæ hodie est *l. n. tit. p. l. 5. recopilat.* vt prius vocet descendentes legitimos & naturales, deinde agnatos, & cognatos, seu collateraliales postremo extraneos: in hoc enim casu censio certissimum ex regia facultate censendum esse maioratum institutum. Quia finis instituti s. est, vt maioratus integre ad vocatos perueniat: peruenire non potest nisi ex regia facultate fuerit institutus, quia solum ex illa omitti potest ordo præscriptus. Ergo, item privilegio qui sibi cõcessus, cum sibi necessarium est, aut conueniens: sed ad præsentem dispositionem, est omnino necessarium vt tali privilegio: alia dispositio in principaliori parte conuert. Ergo, secundus casus, in quo censendum est institutor, vt privilegio solo in dispositione maioratus, est cum vt cum sibi habet & disponit non solum de quinta bonorum parte, sed etiam de tertia, vel de omnibus bonis, cum enim solum liberum illi sit de quinta bonorum parte disponere, alia enim sunt legitime illi filii, quæ grauari nullatenus possunt: ergo de tertia, & reliquis disponit, censendus est disponere ex privilegio Regis non solum ac us, sed quinta parte. Tum quia est facultas Regis concessa æquanimiter pro omnibus, neque Rex concederet facultatem grauari filium in sua legitima, si parens quantum bonorum partem eodem modo grauari nollet. Tum quia dispositio aliarum partium trahit ad se quæ pars dispositionem, vt pote minus præcipuum. Quæ rationes generales sunt, intelligatur ex regia facultate integrum maioratum esse institutum.

18. Si autem instituit maioratum ex regia facultate, quem saltem ex parte poterat absque illa instituire, potest se instituire maioratum tum ex regia facultate, tum ex legali, pro vt, sibi, & successoribus suis vtilius sit ad maioratum in totum vel in parte conferendum, in tali casu potest admitti maioratum institutum, tum ex facultate regia, tum legali, & pro illa parte, quæ ex facultate regia instituitur, subicitur confiscationi, & non pro alia quia hæc instituitur ob duplici institutione videri æquiuocare: sic docent Gregor. Lopez, vt etque Molin. *locis allegatis*, & Sanchez *n. 52*. Non tamen caret dictum hoc difficultate iniquis polita de indiuisibilitate institutionis, & de facultate Regis aliam non concedenda, nisi ex ea tota dispositio debeat promanare.

19. Pro complemento huius difficultatis aduertit optimè Gregorius Lopez *l. 6. verbo que la non pudiesse. tit. 11. part. 6*. & ex illo Sanchez *lib. 2. cap. 18. n. 58* quod maioratus bona publicari in perpetuum possunt, transire in fiscum tamquam bona libera, quia iam ma ora us ille finitus est, cum finita sit successio illorum, quos institutor vocauit. Quocirca si Rex de illis disponat, & successoribus deinceps relinquat titulo maioratus, nouus maioratus censendus est institutus, non primus continuatus.

## PUNCTVM VII.

An veniat in confiscationem maioratus, quando illius institutor deliquit.

1. Dupliciter institui potest maioratus testamento. & contractu, tum reuocabili, tum irrevocabili.
2. Item institui potest ante commissum delictum, vel post illud.
3. Delictum aliud est, cui est ipso iure confiscatio annexa, aliud cui est confiscatio impendenda.
4. Si de bonis habitis tempore delicti, cui est confiscatio ipso iure annexa, instituit maioratum, nulla est institutio, & confiscationi non obest.
5. Si bona non publicantur ipso iure, sub distinctione respondetur si ex testamento fiat: autem contractu irrevocabili, non confiscatur.
6. Quid dicendum si contractu reuocabili Probabilis est confiscationi non subici.
7. Si ante delictum contractu irrevocabili instituitur non subicitur confiscationi.
8. Quid si delinquit reuocet maioratus distinguat Sanchez non

et. n. 17.

*transire in fideum, si post sententiam reuocet, secus si ante, Probabilis censo ad fideum pertinere.*

**R** Est examinare, qua ratione in confiscationem veniat maioratus, si illius institutor crimen committat dignum confiscatione?

1 Pro cuius decisione praefero primò, dupliciter maioratum institui posse, vel testamento, vel contractu. Si testamento instituitur, nullum ius successoribus nominatis acquiritur, quovisq; testator vita functus sit, quia ea est natura testamenti quod procedat, etiam si in maiortatus institutione facta in testamento aliqua verba repetantur, quae donationem significant; non enim censenda erit donatio, sed legatum. Nam vt bene dicit Molin. de Hispan. primogen. lib. 1. c. 12. num. 2. ea verba testamenti naturam non mutant, cum verba fecerit subiectam materiam intelligenda sint l. si vno, cum fidei i. l. i. et. et tradit Faber §. legatum, instit. de legatis. Si contractu instituitur maioratus, inspecto iure communi contractus potest contractui reuocabili, & irrevocabili. Irrevocabili instituitur, si in persona filij emancipati, vel alterius agnati, cognati, aut extranei donatione inter vivos acceptata fuerit institutus. l. perfecta donatio. C. de donationib. quae sub modo. Et si emancipatus, C. de donationib. Reuocabili instituitur, si filio sub potestate fiat, vel si fiat causa mortis, quia haec verba ad mortem reuocari possunt, & plurius relatis docet Molin. supra num. 10. At inspecto iure regio Castellae qui instituit maioratum, siue in filio emancipato, siue in extraneo, reuocare illum potest, nisi in casibus expressis in l. 4. 4. Tauri.

2 Secundò praefero institutionem fieri posse ante commissum delictum, vel illo iam commisso, longè aliter de vno casu, & alio iudicandum est.

3 Tertiò praefero duplex esse delictum, aliud, cui est confiscatio bonorum annexa, ipso facto, vt est delictum contra pietatem humanam, ad diuinam, & naturam; aliud, cui solam per sententiam imponi potest confiscatio, vt est homicidium, simonia, &c. His positis.

4 Dicendum est, si maioratus sit institutus post delictum, cui est confiscatio ipso iure annexa, & sic institutio de bonis habitis tempore delicti, firma non est institutio quocumque modo fiat, siue testamento, siue contractu; neque talis institutio impedit confiscationem, quia est facta de bonis fisco obligatis, ac proinde facta declaratione delicti perit institutio, & consistit in perpetuum maioratus, sic Valquez 1. 2. disp. 169. num. 39. Sanchez lib. 2. cap. 18. n. 60. Martini leg. 3. tit. 4. lib. 5. recop. gloss. 7. num. 2. c. 3.

5 Si autem ob delictum bona ipso iure non publicantur, sed publicanda veniunt per sententiam, tunc distinguendum est, si institutio maioratus sit facta in codicillo, vel testamento, ex bonis tempore delicti habitis, nemini potest esse dubium subijci confiscationi. Si autem ex bonis post delictum acquisitis spectato iure communi, nulla est institutio, vt manifestè probat textus in l. eius qui §. si cui ff. de testament. vbi committens delictum, cui poena mortis, deportationis, aquae, & ignis interditionis, bonorum amissionis imponitur, prius facultate testandi, ibi, neque illud testamentum valet, quod ante fecit, neque id quod postea fecit, consentit lex 1. 5. tit. 9. part. 6. At inspecto iure nostro regio valet institutio, neque confiscationi subijcitur, vt constat ex l. 4. Tauri, quae c. 13. tit. 4. lib. 5. compilat. Et tradit optimè ex Tello, & aliis Molin. de primogen. lib. 2. cap. vltim. num. 20. c. 21. Quòd si contractus irrevocabili instituitur, antequam de delicto condemnatus institutor, teneat institutio; neque confiscationi subijcitur, quia illa bona, cum non sint fisco obligata, tanquam de omnino liberis disponere potest, & fauet lex post contractum ff. de donationib. Sanchez lib. 2. cap. 18. num. 61. noster Molin. tit. 3. disp. 69. num. 2. Excipit, nisi in fraudem filii talis contractus fiat, tunc enim reuocari poterit, quia receptifsimam est omne contractum, omnemve alienationem, ne dum donationem, minimè valere in fidei fraudem, siue ante delictum, siue post delictum facta sit ad hoc saltem vt reuocari non possit: & probat textus in l. in fraudem, ff. de iure fidei. Clarus praef. quest. 78. vers. solet etiam. Anton. Gomez. var. res. tom. 3. tit. de confiscat. cap. 14. num. 4. Farinac. q. 25. num. 134. Adde in foro externo, quoties alienatio sit post delictum, haec fraus praesumitur, vt dicit late Farinac. q. 164. de falsitate, & simulatione, num. 18. c. 46. 49. c. alii.

6 Verum si contractu reuocabili inter vivos institutio facta est post delictum commissum (etiam seclula praesumptione fraudandi fideum, quae semper adest) affirmat Simanch. de rebus institut. 9. m. 256. confiscationi subijci. Ratio esse potest, quia hic contractus non tollit dominium bonorum à delinquente. Ergo tanquam bona ipsius delinquentis confiscati poterunt. Farinac. verò, quest. 25. num. 310. cum aliis distinguat inter donationem factam à marito vxori, vel factam alijs: si alijs fiat contractu reuocandi, non confirmatur, cum publicentur bona donantis, sed transit in fideum, ex text. in l. si aliquis, ff. de donationib. causa mort. Si autem facta sit à marito

vxori confirmatur marito bannito; neque transit in fideum, sed si mors ff. de donationib. inter vir. & vxor. c. l. res vxoris. C. eod. tit. Ex quo decisio inferitur ad maioratus institutionem; si fiat institutio in alia persona, quam vxoris, vt necessariò facienda est, si quidem instituitur omnes vocari, ad fideum talis maioratus transit delicto commisso, si secum trahit bonorum confiscationem ipso iure. Ceterum mihi probabilis apparet non esse locum perpetuae confiscationi, cum institutor contractu reuocabili de bonis nullo modo fisco obligatis disponit sic Mol. de primogen. lib. 4. cap. vlt. n. 23. noster Mol. tom. 3. disp. 659. Sanchez lib. 2. cap. 18. num. 66. Ratio est, quia esto illa bona sint delinquentis; sunt tamen obligata transmitti successoribus vocatis, quibus ex tali contractu est ius acquisitum, quod ius est ab institute reuocabile sit, dum vivit, non est tamen reuocabile à fisco, quia est personale. Ergo dum non reuocat, fisco non potest possidere illa bona, nisi cum obligatione transferendi illa ad successores vocatos.

7 Si tamen institutio maioratus ante delictum facta sit contractu irrevocabili indubitatum est non posse subijci confiscationi, quia ea, quae contractu alienare non potes neque potes alienare delicto. Molin. lib. 4. de primogen. cap. vlt. n. 18. Molin. Iesuita disp. 659. n. 1. Sanch. cum alijs, lib. 2. cap. 18. num. 64. Excipit, nisi in fraudem filii, aut ex facultate regia sub ea conditione concessa, vt subdatur confiscationi, fuerit maioratus institutus, Sanch. & ibi, c. num. 65. Si autem contractu reuocabili institutus sit, credo probabilis non subijci confiscationi perpetuae: sic vterque Molin. & Sanch. num. praecedenti relati, ob rationem ibi assignatam. Talis enim contractus licet vltima voluntati similis sit quoad potestatem reuocandi, at quoad ius donantis acquisitum non vltimae voluntati, sed donationi inter vivos comparandum est, vt rectè docet Molin. lib. 4. de primogen. cap. vlt. num. 23. Sanch. num. 66. Ant. Gom. leg. 40. Tauri num. 91.

8 Sed quid si delinquens ante mortem reuocet maioratum? Sanch. num. 67. distinguit: si reuocet ante sententiam declaratoriam, ad fideum pertinere; secus verò si post sententiam declaratoriam; eo quòd in confiscatione solium clauduntur bona, quae tunc erant delinquentis nemini alteri obligata. Et confirmat exemplo donationis factae vxori à viro, qui si post condemnationem criminis reuocet donationem vxori factam, non fisco, sed delinquenti donatio accretur, iuxta l. sed si mors ff. de donationib. & tradit Bald. in l. executorum, col. 9. vers. quare. C. de execut. rei iudic. Iason in l. si stipulatus fuerim §. 1. ff. de verb. oblig.

9 At mihi probabilis apparet ad fideum pertinere, sic Molin. Iesuita disp. 659. num. vlt. Mouet, quia illa bona sunt delinquentis, est successoribus obligata. Ergo transeunt in fideum cum illa obligatione: at haec obligatio cessat reuocata voluntate institutoris. Ergo remanent illa bona sub fisco potestate in perpetuum. Neque est simile de donatione facta vxori: haec enim non solium morte naturali viri, sed etiam eius ciuili morte confirmatur, esto non sit viro adempta potestas dictam donationem reuocandi, ac proinde non potest in fideum transire, iuxta l. sed si mors, ff. de donat. inter vir. & vxor. c. l. res vxoris. C. eod. tit. & relato Baldo, Iafone, Paulo, Bosio, & alijs docet Farinac. quest. 25. à num. 130. c. 9. 164. num. 15. c. seqq. At reliquae aliae donationes, vt idemmet Farinacius ibidem probat, morte ciuili donantis non confirmantur: imò neque donatio viro facta ab vxore morte ciuili confirmatur, vt docet Sanchez lib. 6. de matrim. disp. 17. num. 6. & nos diximus supra, ac proinde mirum non est vt ad fideum transeant in perpetuum facta reuocatione.

PUNCTVM VIII.

Emphyteusis, & census, qua ratione sub confiscationem cadere possint.

- 1 Quid sit emphyteusis, & in quo à censu differat.
- 2 Quocumplex sit emphyteusis.
- 3 Pradia, ex quibus census soluit, sub confiscatione veniunt.
- 4 Emphyteusis ad extraneos haeredes intransmissibilia, non cadit sub confiscationem.
- 5 Durante vita emphyteuta non transeunt ad fideum commo-ditates, & fructus, sed ad dominum, secundum Valquez.
- 6 Probabilis censo transire ad fideum.
- 7 Neque emphyteusis ad extraneos haeredes transitoria, transit ad fideum, affirmant aliqui.
- 8 Probabilis censo ad fideum transire.
- 9 Competat ne Ecclesia ius reuocandi emphyteusim in fideum translatus? Negant aliqui, quod mihi probatur.
- 10 Plures contra tenent, sed eorum rationibus sit satis.
- 11 Admissa sententia probabili, possi intra biennium Ecclesiam recuperare emphyteusim, poterit lapsu biennio aduersus illum lapsum restitui in opinione Sanchez.